

4. Haetenus de causa peccati intrinseca, sed iam de causa eiusdem extrinseca quaerendum est.

Omne enim ens finitum, quatenus intelligibile est, in causas extrinsecas^a reducitur: in finem, qui est causa causarum; in exemplar, secundum ~~q~~ quod agens agit; in agentem, a quo fit.

Pariter omne non-ens seu entis privatio, quatenus intelligibile est, in causas extrinsecas modo quodam negativo reducitur: in finem, quatenus non intenditur; in exemplar, quatenus non repraesentatur; in agentem, a quo non est factum.

At quo iure, quo titulo, qua ratione ~~v~~ entis et boni privationes non intelligibiles et irracionales in finem, in exemplar, in agentem reducere^{velis}. Nullam aliam non dico rationem sed causam huius viae invenio praeter caecam quamdam consuetudinem. Solemus sane intelligibilia in causas reducere; ergo etiam quae in se non sunt intelligibilia in causas ^{pariter} ~~etiam~~ reducimur!

Quam reductionem simpliciter erroneam duco. Ens reducitur in causam agentem; non-ens reducitur in causam non-agentem; sed non-intelligibile non reducitur sive in agentem sive in non agentem. ~~Reverentia tua ex te Israel (cf. Sum. Theol., I, q. 23, a. 3, ob. 2a et ad 2m). Plura vide apud Theol. Stud., 3 (1942), pp. 547-552.~~

^{ita} Pariter, sicut ens reducitur in divinam sapientiam ordinantem, ~~et~~ non-ens reducitur in divinam sapientiam non ordinantem; sed non-intelligibile non reducitur in divinam sapientiam sive ordinantem sive non ordinantem sed ^{quodam modo} in prohibentem et re-ordinantem.

Similiter, sicut ens reducitur in bonitatem divinam volentem, ita non-ens reducitur in divinam bonitatem non volentem; sed non-intelligibile non reducitur sive in volentem sive in non volentem sed in permittentem.

Quam ob causam vere dicitur "Perditio tua ex te, Israel."
Vide Sum. theol., I, q. 23, a. 3 ob. 2^a et ad 2m; Theol. Stud.,
3(1942), 547-552.

5. Quae sane non ideo sunt dicta ut "problema mali" solvatur.
Aliud enim non intenditur nisi ut mens fiat et reflexa et critica
unde se a fallaciis purgare possit. Sicut enim supra diximus,
ubi de libertate Christi (pp. 507 ss.), nihil probatur nisi hoc
quod obiectio non probat. ~~Quod ab obiciente supponitur est
principium medi exclusi, nempe, aut A. aut non-A, aut ens
aut non-ens, aut in Deum ordinantem et volentem et agentem
reducitur aut in Deum non ordinantem et non volentem et non
agentem reducitur.~~

~~Quod ab obiciente supponitur~~

Obicientis autem fallacia in eo est quod credit
disiunctionem completam se habere quia contradictorie opposita
in obliquo ponit. Sed, uti notavit S. Thomas, contradictorie
opponuntur et "mala fieri" et ~~mala non fieri~~ "mala non fieri";
sed non contradictorie opponuntur "vult mala fieri" et "vult
mala non fieri" (Sum. theol., I, q. 19, a. 9 ad 3m). Similiter,
contradictorie opponuntur (1) ordinantem et non ordinantem,
(2) volentem et non volentem, (3) agentem et non agentem,
sed non ideo contradictorie opponuntur (1) reducitur in
ordinantem et reducitur in non ordinantem, (2) reducitur in
volentem et reducitur in non volentem, (3) reducitur in agentem
et reducitur in non agentem. Quod enim contradictorie opponitur
reductioni est non-reductio; et ubi deest intelligibilitas,
pariter desit reductio ~~et~~ necesse est.

6. Sicut autem supra ex impossibilitate validi argumenti contra contingentiam vel libertatem ad proprietatem exclusive divinam transcendentiae conclusimus (p. 508), ita nunc ex impossibilitate reducendi peccata in Deum ad profundiore[m] quamdam non dico intelligentiam sed admirationem divinae sanctitatis pervenire possumus. Non enim sine causa clamant Seraphim: Sanctus, Sanctus, Sanctus (Is 6, 2 s.), cum Deus ab omni peccato alienissimus ita tamen peccata permittat^a ut peccati nullatenus sit auctor, et ita de malis bene faciat ut proprium Filium miserit ad nostra mala nobiscum perferenda et nos per mortem in resurrectionem vitae conducendos.

7. Videor tamen mihi audire quempiam dicentem haec nimis esse abstrusa. Qui autem argumenta non capiunt, narrationibus erudiri possunt. Audiant ergo scripturas docentes e serpente ortum esse peccatum et peccati poenas (Gen 3, 1 ss.); invidia diaboli mortem in hunc mundum intrasse (Sap 2, 24); ~~invidia~~ ^{esse} Christi adversarios ex patre diabolo et desideria huius patris facere velle (Io 8, 44); eorum horam fuisse potestatem tenebrarum (Lc 22, 53); Christum ~~vincto~~ per mortem destruxisse eum qui tenebat mortis imperium, id est diabolum (Heb 2, 14); Deum Patrem nos eripuisse de potestate tenebrarum et transtulisse in regnu^m Filii dilectionis suae (Col 1, 13); nostram colluctationem esse non adversus carnem et sanguinem sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum (Eph 6, 12), de quibus tamen Christus triumphum reportavit (Col 2, 14). His ergo omnibus manifestum est non Deum sed diabolum esse auctorem peccati, unde et Patres convenientissime de partibus diaboli in passione et morte Christi non silebant.

I N D E X

De Unione Hypostatica: Doctrina NT. 3

Praemittuntur:

Thesis, termini, 3; nota, 5; adversarii directi, 6; adversarii recentiores, 8, supposita probationis, 24.

Praenotantur: 26

I. De notione Dei in NT, 26. II. De revelatione progressiva divinitatis Christi, 30. III. De schematibus, 33. IV. De schemat^o synthetico paulino, 41. V. De natura argumenti, 51.

Arguitur: 52

Pars 1^a: Est verus homo, 52. Pars 2^a: divina participat, 53. Pars 3^a: est verus Deus, 60.

A. Ex divinis nominibus et titulis 62

I. Ex nomine Filii, 62. II. Ex nomine Domini, 69. III. Ex nomine super omne nomen, 72. IV. Ex nomine Dei, 74. V. Ex aliis titulis divinis, 80. VI. Ex gloria Dei, 82.

B. Ex conceptionibus quasi theologice 87

I. Ex conceptione paulina, 87. II. Ex conceptione epistulae ad Hebraeos, 99.

III. Ex conceptione Verbi apud Ioannem, 102.

IV. Ex aequalitate et unitate Filii cum Patre, 120.

De Unione Hypostatica: concilia oecumenica 139

Thesis 2^a: De anima Christi humana 141

Thesis 3^a: De unitate personae 151

Praenotantur: I. De evolutione sententiarum, 154. II. De concilio Ephesino, 162. III. Quid Ephesi determinatum, 170. IV. De Orientalibus, 176. V. De modo unionis, 180. VI. De Theodoro Mopsuesteno et Nestorio, 189. Adversarii, nota, argumentum, 197.

Thesis 4^a: De duabus naturis 197

Sententiae: Monophysismus in genere, 200. II. Monophysismus severianus, 209. III. Sectae et controversiae, 215.

Problema, 220; nota, 225; argumentum, 226

Corollaria: I. Unio hypostatica, 235. II. Idiomatum communicatio, 237. III. Partium assumptio, 239. IV. Naturalis passibilitas, 240. V. De adoratione Christi, 243.

Thesis 5^a: De duabus operationibus 246

Problema, 247. De re imperiali, 250. Schemata historica, 252. Sententiae, 254. Adversarii, 262. Nota et argumentum, 267.

Scholia: I. De Honorio I, 276. II. De notione naturae dogmatica, 282. III. De evolutione dogmatis christologici, 284. IV. Christ^{us} ut Deus, ut homo, 287.

De Unione Hypostatica: Scholastici.

290

Nota praevia, 291. Notiones: 1. Potentia, Forma, Actus, Modus, 294. 2. Ens, essentia, esse, substantia, 297. 3. Unum, esse proprium, esse proportionatum, 301. 4. Persona, 302.

Problema: essentialismus, 305. Analogiae formae, substantiae, entis, 308. Sententiae, 317.

<u>Thesis 6^a</u> : Cur sit assumpta persona non assumitur	323
<u>Thesis 7^a</u> : De esse unico personali	334
<u>Thesis 8^a</u> : De principiis unionis	349
<u>Thesis 9^a</u> : De esse secundario	353

De Unione Hypostatica: De subiecto

366

Termini, 366. Quaestio, 367. Auctores, 367. Sententiae, 368.

Notiones: 1. Subiectum, actus, obiectum, 371. 2. Praesens, absens, 371. 3. Praesentia triplex, 372. 4. Conscientia, conscium, 373. 5. Subiectum psychologicum, 374. 6. Introspectio, 375. 7. Conscientia ut experientia, 376. 8. Cognitio sui, 377. 9. Conscientia ut concomitans, 377. 10. Notae, 378. 11. Conscientia identitatis, 379. 12. Conscientia ut perceptio, 381. 13. Phaenomenologia conscientiae, 384. 14. Persona et

Scholion: Filius non adoptivus 447¹

Thesis 12^a: De scientia Christi 446

Termini, 446. Doctrinae evolutio, 447.

Auctores, 451. A dversarii, 452².

Argumentum: A. Scriptura, 453. B.

Patres, 457. C. Conclusiones theologicae, 461.

1. Duae scientiae, 461. 2. Scientia

beata, 464. 3. A primo instante, 472. 4. Non

comprehensiva, 473. 5. Non omnia possibilis,

474. 6. Omnia actualia, 475. 7. Infusa, 480.

8. Acquisita, 482.

Scholia: I. De psychologia Christi humana, 483. II. De potentia Christi, 485.

Thesis 13^a: De impeccabilitate Christi 485

Thesis 14^a: De libertate Christi 494

Problema de libertate Christi. 499

De Redemptione 521

Thesis 15^a: De redemptione in NT 522

Praemittuntur: Notiones, Sensus theses,

522. Termini, 525. Nota, adversarii, 526.

Praenotantur: I. De morte Christi,

531. II. De voce redemptionis, 537. III. De

sensu vocis, 539.

Arguitur: 1. Redemptio ut finis, 540.

2. Redemptio ut mediatio, 544. 3. Solutum

pretium, 547. 4. Mors vicaria, 552. 5.

Sacrificium, 557. 6. Obedientia meritoria,

563. 7. Dominus et Sacerdos, 569.